

CA. IANVS PARRHASIVS CATELLIANO COT-
TAE MEDIOLANENSI PATRICIO.



Ide quāta vis bonis artibus sit Catelliane. Quō
multos omnis ordinis etatisq; discipulos habeā
morum gratia carissimos: noster in te tamen a-
mor præcipuus est & singularis / non adeo sane
q; tuis facultatibus æque ac meis vtor: quam q̄
admodum prætextatus tanta bonæ frugis argu-

menta cottidie præbes: vt quæ in alijs iudoles appellatur: mature
sute virtutis speciem præferat / eoq; mihi grata tua fuerunt offi-
cia: q; abste ita instituto proficiscebatur / alioqui vetus apud græ-
cos adagium non exciderat. ΟΥΤΕ ΠΑΥΤΑ: ΟΥΤΕ ΠΑΥΤΟΘΕΥ: ΟΥΤΕ ΠΑΡΑ-
ΠΑΥΤΩΝ. nec omnia: nec passim: nec ab omnibus. Refert: mihi cre-
de: refert & quidē maxime: quā quis originem generis sortiatur.

Nam vt animi plærumq; labes: sic & honestamenta morum: in-
terdum cum vita simul emanant in posteros. An si quis nō rudis
aut iniquus omnino iudex. L Cottam auum tuum norit: qualem
se in omni vitæ colore domi forisq; præstiterit: quibus honoribus
in sua rep. functus sit: qua pietate deos colat: qua prius deniq; pa-
tientia clarissimi viri Catelliani parentis tui: mox Alberri nepo-
tis sui fratris tui: immaturos obitus tulerit: & nunc aduersam va-
letudinem ferat: vt dolori resistit: vt erumpentes gemitus premit:

vt incredibiles cruciatus immotus tacitusq; transmittit. C. illum
Cottam virum triumphalem: Pont. maximum. vestræ domus au-
torem se videre non putet: Neq; vero minores eloquentiæ fructus
in patre tuo Catelliano ciuitas hæc amisit: quam libertatis in ve-
stris olim gentilibus: seniore Catelliano: Alberto: Innocētioq; q̄
bus pro comunibus patrię fortunis oppetita mors diuturniorem
apud hominum memoriam vitam peperit. Quam peritus priua-
ti iuris & publici pater tuus: quantum rerum. quantum Exemplo-
rum: quantum antiquitatis tenebat: Nihil erat quod quis vellet
addiscere: quod ipse docere non posset. Aequi iustiq; seruantissi-
mus: aduersus duas capitales hominum pæstes: avaritiam: & am-
bitionem inuictam animum gessit. Per eadem vestigia Albertuz
germanū tuū patri gradu incedentem: e medio rerum cursu mors
importuna surripuit. Sed nihil iam queror: modo te nobis & al-
terum fratrem Hieronimum: rebns gerendis ac bellica virtute in-

L. Cotta.

L. Cotta.

Catellianus
Cotta.
Innocētius
Cotta.

Albertus
Cotta.

Hieronimus
Cotta.

uenem: qua parte voluit eminentissimum: non inuideat: qui multo-
torū desideria satis estis explere. Quid enim laudis: glorię: splen-
doris: in maioribus vestris vnq̄ fuit: quorum per paucos similes:
& hæc vrbs & olim Roma tulit: in quo vel præsentī fide: vel cer-
tissima spe non respondeatis? Omitto corporis dignitatem: quā
licet omnes in vobis pene diuinā suspiciant: ipsi tamen quia mor-
bo vel tempore deflorescit: nec nostra nec aī est: inter vera bōa nō
ducitis: ac vt oblata; non spernitis: ita profecto non admiramini
Sanctissimos vero mores: ingenium: memoria studium: dicendi
copia: quem non excitarent: ad vos amandum? Versus & episto-
læ quas tu (cuius hoc proprium munus est: nam de fratre commo-
dius alibi) cottidie meditaris fidem nostri sermonis absoluunt: in
quibus opulentiam Ciceronis: florente Cæcilij parsimonia tem-
peras. vt in carminibus elegantia Tibulli: Martialis argutiam: vt
ab illo tuo Cotta: cuius nomen supprimere piaculum Naso duxit:
absfuturus non videare. Vererer adulationis suspicionem: nisi tale
iam specimen de te dedisses: vt potius multoq; magis verendum
mihi sit: ne ijs qui te familiarius te norunt: malignus aut infans oī
no videar: sed obsequendum tibi fuit: qui recte facti conscientia;
esse contendis. At illud non prohibebis: quin ego tibi pro tantis
erga nos meritis aliquid gratiæ referam: καὶ βωλοσ (vt aiunt)
αποπρξν. Scio te gemmas & auri munera non expectare: quod in
amplissimis opibus tua fortuna non exigat: & reclusæ nostræ non
patiuntur. Accipe nunc igitur enarrationes in Claudiani raptum
Proserpinæ: qua tuo nomine susceptas (vt scis) anno maturius ab-
soluimus: tibi q; dicamus: pietatis erga præceptorem tuæ: beniuo-
lentię vero erga te meæ perpetuum testimoniū: quas si per ocium
lectitaris inuenies in ijs per multa nobis ignota: quæq; tibi eru-
ditionem voluptatemq; afferent haud mediocrē. Nec obscure per-
cipies: me tibi: vt viua voce: sic etiam scriptis prodesse voluisse.
Bene Vale & Ianum tuum ama. Mediolani. vij. Calendas Ianua-
rias. M. D.

¶ CL. CLAUDIANI VITA PER. A. IANVM
PARRHASIVM.

¶ CL. CLAUDIANO Poetæ: simile quidam contigit quod
Homero. quippe quē sibi ciuem nonnulli vendicant: & imprimis
Hispani ac Florentini: q̄ dubia diu victoria certauerunt. nos Aeg-
ypto adiudicamus: ex eius ad Hedrianum versibus.

Audiat hoc comune solum: longeque carinis
Nota pharos: flentemque attollens gurgite vultum
Nostra gemat Nilus numerosis funera ripis

Et ad Gennadium procons.

Graiorum populis & nostro cognite Nilo. Vbi nostro Nilo sic ait:
vt Martialis ad Licinianum Nisique laus Hispanie: & Suidas Ale
xandrenum fuisse tradit: & Apollinaris Sidonii hoc endecasyllabo.
Et pelusiaco satus Canopo:

Qui ferruginei toros mariti

Et musa canit inferos superna.

Romanis principibus Arcadio Honorioque quos in vita coluit:
acceptus fuit: amplissimis ab utroque muneribus honestatus: & statua.
cuius basis in foro Traiani cum hoc Ellogio inuenta est.

¶ Cl. Claudiano, V. C. Tribuno & Notario.

¶ INTER ceteras vigentis artes pregloriosissimo poeta rum.
Licet ad memoriã Sempiternã Carmina ab eodem scripta sufficiant:
ad id testimonij gratia ob iudicij sui fidẽ. DD. NN. Arcadius &
Honorius felicissimi ac doctissimi imperatores: senatu petente: stae
tuam in foro diui Traiani erigi collocarique iusserunt.

ΕΙΝΕΝΙ ΒΙΡΥΙΛΙΩ ΙΟΥΟΥ

Και μουσαν ομηρον

Κλαυδιανου ρωμη και

Βασιλησ εθεσαν

Id ad verbum latine sonat.

In vno Virgilij mentem: & musam Homeri:

Claudianum Roma & Reges posuerunt. Nobis ita placuit iterum
(tari.

Mœonidæ cui mens Claudij: cui Musa Maronis:

Hanc tibi cum Roma Cæsar uterque dedit.

¶ Ad hanc statuã alludit ipse in præfatione belli Gethici p. Stillicone. Sed prior effigiem tribuit successus amœnam. Oraque patricius nostra dicavit honos: annuit hic princeps titulum poscete senatu Respice iudicium quod graue Musa subis: & paulo post. Quod legimus medio conspicimusque foro. Multa scripsit: quæ quoniam sunt in manibus: non esset ocij nostri singula recensere: sed: vt sequens indicat epigramma: nouissime de raptu Proserpinæ libros quattuor: vltimum tamen aut non absoluit. vel iniuria temporum desideramus. eius argumētum quoniam fictum est: de fabula primum dicere ab te non erit.

Fabularum Genera.

¶ Fabularum genera Macrobius plura tradit: & in ijs illud quod Philosophi non reſciunt: in quo veritas per composita quaedam fictaq; profertur: vt Sacra Cereris & huiusmodi Cerimonię: quas ideo nostri maiores absoluta simpliciq; narratione non prodiderunt: quia scilicet inamicam esse naturę apertam nudamq; sui expositionem Ceres igitur (vt apud gręcos Porphyrius interpretatur) feracis ac plantę soli vim designat: vt montanis lapidosisq; Berecynthia: quam nos Opem dicimus: seminum vero bona dea: quę alio verbo Proserpina nominatur. Hanc Pluto rapuit: quom Ceres officij gratia Berecynthiam conuenisset: nam quamlibet vberes agrif: si per neglectum vel alia quauis de causa: in glaream scruposę p̄ terrę naturam transferit: iniectum semen immoritur: nec nisi magno cum labore reparatur: quod in Cereris errore representabant. Potest & ad alios sensus trahi: quos prudenter studio breuitatis omittimus: In Sicilia res ideo gesta fingitur q̄ illic (St Diodoro credimus) primo triticum sponte prouenit: & hoc est ipsius poematis cum physica ratione argumentum.

Carminis Genus.

¶ Carmen elegiacum genus habet & heroicum: cuius inuentio nem Plinius Apollinis oraculo tribuit: Pausanias interdum Phœmonę. quandoq; Oleno cuidam: quem primum poetam extitisse Boeo vates pythia professa sit: a quo scriptas Lucinę laudes Deliaci canebant. Elegorum vero origo incerta est: vt inquit Flaccus: institutos tamen oēs constat deflendo desiderio mortuorum moxq; ad amores esse traductos. sed nomen retinuerunt a miserabili cantu quę olim fundebant ab ελεειν quod est misereri. Nō nullis ab Theocle naxio: seu magis Erythreo manasse placet: dū per amoris insaniam vociferaret: αἰ αἰ αἰ. Alij ab ea quidē particula dictam non negant: verum quam Theocles sed phrygię rex Midas emisit: quom parēti iuxta persolueret: adiectisq; aliquot litteris inde elegiam vocitatam. quod si sit: dubium non relinquitur: cur Ouidius priores duas syllabas in eo uerbo produxerit. αἰ quippe interiectio qua doleutis affectus apud gręcos exprimitur diphthongo protrahi: notius est: q̄ vt a nobis oporteat indicari. Nec desunt qui nominis rationē ab ελεγειν gręco uerbo deflectant: quod infantre significat: quia commotę mentis Theocles id carmen effudit. vt ante diximus.